& Ias.in.l.diuertio.§.impendia.ff.solut. matri. Antonius de Fano.de pignoribus & hypothe.membro.4.par.3.Aff.dict.in §.vasallus,hic finitur lex,in vsibus feudorum.Cagnolus in.l.2.de rescinden.venditio.per plures numeros, inter Gallos, Boer.decis.44.&.47.Franciscus Conanus,Iacobus Cuiaceus nobis suis locis referendi. Tiraquel.item in.2.retract.§.7.gloss.1.Moline.etiam fœliciter receptus docte & arroganter in consuetudinibus Parisiensibus.part.1.titu.1.gloss.5. ex Lusitanis duo mei præceptores quos reuerenter nomino Emanuel Costa doctissimus & eloquentissimus, & Arius Pinel diligentissimus varijs in locis,de quibus nobis agendum est.Aluarus Vazquez varia eruditione,& eloquentia non vulgari,in quæstione iuris emphiteutici.25. & alijs in locis nobis adducendis,ex nostris eruditissimè vt solet omnia Didacus Couarru.in omni genere disciplinarũ adeò versatus,vt de vnaquaque tãquam si nullam aliam vnquam didisset abũdè & copiosè differere possit Episcopus Cõchensis,& propter eximiam virtutem & varias animi dotes supremi [illegible]atus apud Philippum Maximum Præses meritissimus. Idque pluribus in locis,de quibus nobis agendum est,plura tradit dominus Antonius Menesius preceptor olim meus nobilitatis Hispanæ, & millitantium ordinum iudex supremus,& præfectus maximus idque varijs in locis eorũ commentariorum quæ in lucem edidit. Multa quoque Petrus Peralta in Comment.super leges,in titul.ff.de leg.2. Optimus omnium qui sua ætate iura interpretati sunt præceptor, & scriptor celeberrimus. Nonnulla Antonius Gomez vir & literis & pietate præclarus,in commentarijs super Taurinas leges, quarum plures in hoc tractatu difficiliores reperiuntur.Multa quoque accepimus ab antiquioribus, inter quos Ioannes Lupus est de Palatios Rubios diligentia & eruditione clarissimis æqualis Rodericus item Xuarez,mihi certè nemini ingenij claritate inferior.Ille in sua repetitione rubricæ,& capituli per vestras, de donationib.inter virum & vxorem,hic multis in locis,quorum allegatio nobis frequens est.Aucndanius quoque vir erudi tione vtili & quotidiana in eo tractatu qui est de exequendis mandatis regum Hispaniæ multa præstitit : Menchaca quoque laborem , & operam nostram iuuit,vir & eruditione & fortuna varia in quæstionibus suis,& in tracta.de successionum creatione. Gregorius Lopez fœliciter receptus in Commentarijs super leges nostras Partitæ multa cumulauit,quæ pertinent ad expensas & meliorationes , aliqua quoque Didacus de Simancas Pacensis Episcopus ingenij perspicuitate & iudicij optimi publica & vera probatione illustris in institutionibus catholicis,& in eleganti tractatu de primogenio,aliqua quoque non minus subtiliter & ingeniosè quam eloquenter dominus Franciscus Sarmiento hodie Episcopus Astoricensis in suis Selectis quæstionibus,& in tractatu de redditibus ecclesiasticis vir veterum iure consultorũ egregius admirator & Sectator optimus, interpretum vero iuris æstimator nõ iniquus Nauarrus quoque magister omniũ multa tradit obiter quæ nobis adducentur Doctor Redinus iudex omniũ quos hucusque viderim incorruptissimus,nostri huius Senatus Galleci olim Præses hodie supremi Senatus Hispaniæ apud Philippum maximũ Senator meritissimus, designatus Illiberitani vulgo Granatensis Senatus Præses,aliqua in suo tractatu de maiestate Principum.Postremo multa cumulauit Ludouicus Molina supremi quoque Senatus Hispaniæ Senator, ex suis comment.satis laudatus,quę scripsit vtiliter,& non sine magna gloria de Hispanorum primogenijs,aliquãdo etiã adducimus fratrem Alfonsum de Castro

© 2011 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación